

## CAPUT VII.

1. Venerunt ergo viri Cariathiarim, et redixerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazar autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

2. Et factum est, ex quâ die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe jam annus vigesimus), et requievit omnis domus Israel post Dominum.

3. Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferite deos alienos de medio vestri, Baalim et Astaroth: et preparate corda vestra Domino, et servite ei soli, et eruet vos de manu Philisthiim.

4. Abstulerunt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et servierunt Domino soli.

5. Dixit autem Samuel: Congregate universum Israel in Masphath, ut orem pro vobis Dominum.

6. Et convenerunt in Masphath, hæseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini, et jejuna-verunt in die illâ, atque dixerunt ibi: Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israel in Masphath.

7. Et audierunt Philisthiim quod congregati essent filii Israel in Masphath, et ascenderunt satrapæ Philistinorum ad Israel. Quod cum audissent filii Israel timerunt à facie Philistinorum.

8. Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philistinorum.

9. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino: et clamavit Samuel ad Dominum pro Israël, et exaudivit eum Dominus.

*Sedei-joharim* in psalmo 45, 6, varia sunt ejusdem urbis nomina. Cariathiarim, Gabaa, et Nobe urbes erant inter se propinque, et Cariathiarim nonnisi 40,000 passibus, vel tri-

## CHAPITRE VII.

1. Ceux de Cariathiarim, étant venus, emmenèrent chez eux l'arche du Seigneur, et la mirent en la maison d'Abinadab, située dans le lieu le plus élevé de la ville, appelé, à cause de sa hauteur, Gabaa; et ils consacrerent son fils Eleazar, afin qu'il gardât l'arche du Seigneur.

2. Or il s'était passé beaucoup de temps depuis que l'arche du Seigneur demeurait à Cariathiarim, et il y avait déjà vingt ans, lorsque toute la maison d'Israël commença à chercher son repos dans le Seigneur, après quarante années de servitude sous les Philistins.

3. Alors, vingt ans après le retour de l'arche, Samuël dit à toute la maison d'Israël: Si vous revenez au Seigneur de tout votre cœur, ôtez du milieu de vous les dieux étrangers, Baal et Astaroth, qui ont causé votre ruine; tenez vos coeurs prêts à obéir au Seigneur, et ne servez que lui seul, et il vous délivrera de la main des Philistins.

4. Les enfans d'Israël rejetèrent donc Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur.

5. Et Samuël leur dit: Assemblez tout Israël à Masphath, afin que je prie le Seigneur pour vous.

6. Et ils s'assemblèrent à Masphath, ville de la tribu de Juda: ils puisèrent de l'eau, qu'ils répandirent devant le Seigneur, et ils jeûnèrent ce jour-là, et dirent: Nous avons péché contre le Seigneur. Or, Samuël jugea pour la première fois les enfans d'Israël à Masphath, et continua dans la suite d'y venir de temps en temps rendre la justice.

7. Les Philistins ayant appris que les enfans d'Israël s'étaient assemblés à Masphath, leurs princes marchèrent contre Israël. Ce que les enfans d'Israël ayant appris, ils eurent peur des Philistins.

8. Et ils dirent à Samuël: Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur notre Dieu, afin qu'il nous sauve de la main des Philistins.

9. Samuël prit un agneau qui tétait encore; il l'offrit tout entier en holocauste au Seigneur, parce que le temps pressait; il cria au Seigneur pour Israël, et le Seigneur l'exauça.

bus leucis et semis circiter aberat ab Jerosolymâ. Silo multo septentrionalior erat in tribu Ephraïmi. (Calmet.)

10. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim inière prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illâ super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt à facie Israel.

11. Egressique viri Israel de Masphath persecuti sunt Philisthæos, et percusserunt eos, usque ad locum qui erat subter Bethchar.

12. Tulit autem Samuel lapidem unum, et posuit eum inter Masphath et inter Sen: et vocavit nomen loci illius Lapis Adjutorii. Dixitque: Hinc usque auxiliatus est nobis Dominus.

13. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposerunt ultra ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis.

14. Et redditæ sunt urbes quas tulerant Philisthiim ab Israel Israeli, ab Accaron usque Geth et terminos suos: liberavitque Israel de manu Philistinorum, et atque pax inter Israel et Amorrhæum.

15. Judicabat quoque Samuel Israellem cunctis diebus vitæ suæ.

16. Et ibat per singulos annos circueus Bethel et Galgala et Masphath, et judicabat Israellem in supradictis locis.

17. Revertebaturque in Ramatha: ibi enimerat domus ejus, et ibi judicabat Israellem: ædificavit etiam ibi altare Domino.

VERS. 1. — VENERUNT ERGO VIRI CARIATHIARIM (1), ET REDUXERUNT ARCAM (2). MIRUM, si

(1) Andi Adrichom. p. 22: « Cariathiarim est e. urbs Syvarum, que, et Cariath-baal, et e. Bala, Baala, interdum Baal et Pharasim, et conjunctim Baalpharasim, Hieronymo etiam e. Iarim. Est de Jerusalem ad quatuor miliaria, et dimidium contra occidentem euntibus e. Diospolim, Hieron. ait miliario uno. Urbs e. prius Gabonitarum, postea tribus Jude, et estque terminus tribus Jude et Benjamin, et sita in colle. In hæc mansit arca Domini annis e. 20 in domo Abinadab, que erat in Gabaa, et id est, in excelsis, donec à Davide transferretur Hierosolymam. De hæc fuit Zacharias e. F. Joiada, quem occiderant inter templum e. et altare. De hæc fuit Urias propheta, quem interfecit Joachim rex in Jerusalem. »

10. En effet, lorsque Samuël offrait son holocauste, les Philistins commencèrent le combat contre Israël; mais en même temps le Seigneur tonna avec un bruit épouvantable sur les Philistins, et les frappa de terreur: ainsi ils furent défaits par Israël.

11. Les Israélites étant sortis de Masphath, poursuivirent les Philistins, en les taillant en pièces jusqu'au lieu qui est au-dessous de Bethchar.

12. Et Samuël prit une pierre qu'il mit entre Masphath et Sen, et il appela ce lieu la Pierre-du-Secours, en disant: Le Seigneur est venu jusqu'ici à notre secours.

13. Les Philistins furent alors humiliés, et n'osèrent plus venir sur les terres d'Israël; car la main du Seigneur fut sur les Philistins, tant que Samuël gouverna le peuple.

14. Les villes que les Philistins avaient prises sur Israël, depuis Accaron jusqu'à Geth, furent rendues, avec toutes leurs terres, au peuple d'Israël; ainsi Samuël délivra les Israélites de la main des Philistins, et il y avait paix entre les Amorrhéens et Israël.

15. Samuël ne cessa de juger Israël durant tout le reste de sa vie;

16. Il allait tous les ans à Béthel, et de là à Galgala, et ensuite à Masphath, et parcourant ainsi tout le pays, il y rendait la justice à tout Israël.

17. Il retourna de là à Ramatha, qui était le lieu de sa demeure, et où il jugeait aussi le peuple. Il y bâtit même un autel au Seigneur pour le consulter.

## COMMENTARIUM.

cives Cariathiarim gnari tantam illam multitudinem, quam communis sententia probat, esse

IN DOMUM ABINADAB IN GABAA. Addit Beda illum collem fuisse arcam totius civitatis. Ille ergo locus, utpote celsus, honoratus, munitus, congruebat arca; quæ erat quasi arx totius Israelis. Hinc arca erat typus B. Virginis, quæ super omnes cælos exaltata omnibus se invocantibus patrocinatur. (Corn. à Lap.)

(2) Hebræus: Ascendere fecerunt arcam Domini: deduxerunt in urbem snam, que in loco edificiorum quàm Bethsames considerat. Merito reputamus, Samuelem in hæc re consultum fuisse; uti et convensæ ad ritum solemnem universum populum, ut nihil deceret ad pompam et reatum apparatus ordinem: denique in hoc populi cultu agnitionem fuisse Samuelem in judicem et principem gentis. Deinceps enim ea prædi-

sublatam, reducere ad se voluerint restitutam arcam; ex quo ad priorem cogitationem non nihil accedebat momenti. Venerant tamen, quia sibi honori esse putabant, eximium illud domum apud se habere, et quia aliorum edocti periculo evitare se posse existimabant, quod Bethsamitæ infortunium subierunt.

ET INTULERUNT EAM IN DOMUM ABINADAB IN GABAA (1). Erat in eâ civitate è Levitico genere, ut inquit Josephus, de quo nos infra, lib. 2, c. 6, vir opinione religionis atque justitiæ celebrer, qui domum habuit in Gabaa, ad quam, tanquam ad opportunum et religiosum hospitium, arcam transulerunt cives Cariathiarim. Porrò Gabaa

tum dignitate se prodit; nec æquum est reputemus, hanc sibi auctoritatem absque Dei jussu et consensu populi usurpasse. Usus est autem opportunam hanc occasione redditus Arceæ, ut ad abjiciendam idololatricam, quam ex illis plures admitterant, Israelitas adhortaretur. Admonuit, ut de libertate sibi procuranda cogitarent; indixitque conventum populi cum armis in Maspath, ubi scilicet necessaria omnia ad optimum populi regimen statuerent. Hæc omnia in tota serie hujus capituli ita narratur, ut concisæ nimium narrationis plurima supplenda sint. Porrò narrationis ejusdem et eventuum series, ita rem totam actam fuisse, quemadmodum hic commentarius demonstrat. Samuel, qui primas saltem schedas, unde hi libri expressi sunt, exhibuisse creditur, pura de se modestissime locuit, quæ in nimiam sui gloriam concessissent; quæ viri modesti uti nos in notum ædificationem S. Spiritus voluit.

*Ceux de Cariathiarim étant venus ramenerent l'arche du Seigneur.* On ne peut assez admirer les secrets jugemens de Dieu. L'arche, qui étoit venue d'elle-même chez les Bethsamites, n'y demeura pas. Ceçt peut marquer les grâces passagères que reçoivent quelques âmes qui s'en rendent indignes par leur ingratitude et leur négligence, et qui les perdent aussitôt après. Les habitans de Cariathiarim vont au-devant de l'arche pour la mener dans leur ville; et cette marque de leur déférence fait qu'elle agréé cette demeure, et qu'elle se fait comme un temple de la maison d'Abinadab. Aussi ce peuple qui avoit appris par l'exemple des autres avec quel respect il devoit traiter l'arche, prend garde que ceux qui l'approchent soient dignes de ce honneur. C'est pourquoi il est marqué qu'ils consacrent le fils d'Abinadab, nommé Eleazar, avant que de lui commettre ce soin: ce qui est d'une grande instruction pour les prêtres de la loi nouvelle qui gardent la véritable arche, qui ne doivent point s'appeler eux-mêmes à ce ministère, mais y être appelés de Dieu, et qui doivent se souvenir qu'il faut être saint pour s'approcher dignement du saint des saints. (Sacy.)

(1) Septuaginta cum interpretibus plerisque nomen Gabaa in sensu appellativo pro loco edito usurpant. Mirari subit, cur arcam in tabernaculum ad Silo non retulerint.

non est civitatis nomen, ut putavit Lira, sed loci editi, aut collis in eâ civitate. Galaa enim hebraicè גלגל, collis significat, unde civitas quedam nomen accepit, quæ in sublimi loco edificata fuit in tribu Benjamin, ubi natus Saül, hic tamen locum significat, qui in civitate magis erat sublimis, atque munitus, quicquid magis videbatur dignus, qui arceæ Dei religio-sum et tutum præberet hospitium. Sicut David, eum eandem arcam transmisit Hierosolymam, arcam elegit Sion, quæ civitas appellatur David, locum nimirum maximè in eâ civitate sublimem, quò vis hostilis aspirare non possit. Quod non obscure constat ex lib. 1 Paralip. cap. 15, v. 6, ubi quæ hic Gabaa dicitur, collis appellatur: *Ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, etc., ut offerret inde arcam Domini de domo Abinadab.*

ELEAZARUM AUTEM FILIUM EJUS SANCTIFICAV-  
RUNT, UT CUSTODIRET ARCAM (1). Sanctificare, idem est, quòd destinare, ut diximus in nostris Commentariis super Jeremiam ad illud cap. 1: *Antequàm exires de vultu, sanctificaci te.* Est autem destinatus Eleazarus ille, ut curam ha-

(1) Certa causa, cur Eleazarus prelatos fuerit Abinadab patri suo, in consecratione et dignitate custodis arceæ Domini, divinari utique non potest. Non temerè tamen reputaverim, quòd Abinadab jam tum decessisse, quòdque nomen mansisse domini, quam calaverat, ut quòd illam ædificasset, sive quòd ejus familia ibidem versaretur. Eleazar quoque erant fratres Ahio et Oza, qui eidem successisse creduntur in dignitate custodis sacri depositi. De Eleazaro nupiam ulterius sermo occurrit in pompa translata arceæ sub Davide; ibi enim solum leguntur Ahio, et Oza, filii vel posterii Abinadabi, Cariathiarim inter Leviticæ urbes non recensentur; sed Abinadab ad tribum Levi pertinuisse creditur. Ejus tamen nomen non legitur in censu hujus familia, sive quòd altero eorum nomine appellaretur, sive quòd remotior esset à fonte, ut venire non posset in genealogias; quæ sanè non longè in Scripturâ deducuntur.

Quid esset ea consecratio, vel sanctificatio Eleazari in custodiam arceæ, ignoratur. Sunt qui incertum, vel incertum sacerdotem credant; quæ utique opinio è familia Aaronis Eleazarum temerè propterea arcessit. Maluit aut consecrationem fuisse Leviticam, quæ Eleazarum designaret ministerio Levitarum solemnibus is ceremoniis, quæ in Numer. 8, 7, describuntur. Alii denique Hebræam vocem reddunt: *Prepararunt*, vel imperarunt, ut pararet se ad excipiendam domi sue arcam, sanctificans sese, abstiens ab exterioribus maculis et à voluptuosis sensuum, et lotione vestium ritè; denique nihil omittit lustrationem in simili rerum articulo præscripturam. Postrema hæc opinio planior est et melior; vox enim originalis, quæ redditur *sanctificare* valet etiam sæpè *preparare*. (Calmet.)

beret sedulam dati sibi negotii, ne quòd illi indecori accideret, vel adversi. Sacerdotem summum fuisse non puto, quia non videtur ortus de familia Heli, à quâ sacerdotium summum ablatum non fuit ad tempus usque Solomonis, qui repudiato Abiathar, Sadoc ad tanti nominis titulum adscivit.

VERS. 2. — ERAT QUIPPÉ JAM ANSUS VIGESIMUS (1). Vigniti jam erant anni, neque arca Domini egressa erat de Cariathiarim, de loco nimirum Palestinis vicino, et de extremis finibus Israel, quò commode ex aliis tribus pietatis ergo accedere non poterant Hebræi. Quomodo verò et quo tempore ad alia loca fuerit translata, suis dicemus locis; nunc enim importuna esset et præpropæ tractatio. Illud tantum dico, aliquando inde ad Hebræorum castra adductam esse arcam, sicut accidit, quando capta fuit à Philisthæis, ut constat 1 Reg. cap. 14, v. 18, ubi arca dicitur fuisse in castris Saül, sed inde ad domum Abinadab esseretelata; unde postmultos annos aliò translata fuit à David, ut habes lib. 1 Paralip. cap. 15, et lib. 2 Reg. cap. 6.

(1) Ex hoc textu interpretes plures repetunt eorum omnium, quæ hic detinere referuntur, epocham. Qui verò credibile est, Samuelem, tandùm populum monere cessasse, ut derelictis nummibus ad Dominum reverteretur? Quo autem pacto hæc hypothesis cohareat cum iis quæ leguntur infra v. 15: *Facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis?* Constat enim, Prophetam hunc rebus nominis vicennio præfuisse. Hinc igitur colligendum esset, nunquam sub eo iudice populum tranquillitate pacis frui potuisse, siquidem reputandum sit, Philisthæorum res minui cepisse post vigniti denum annos à constitutâ in Cariathiarim arceæ, cæptoque à Samuele Israelis regimine.

Præstat igitur totum hunc versiculum intra parenthesis claudere, tanquam penitus avulsam ab iis quæ proximè sequuntur. Monet nos tantummodò sacer historicus, post adventum arceæ in Cariathiarim, vicinalem pacem consecutam esse in Israele, manente populo ad obsequium Domini; quæ utique felicitas toto tempore regiminis Samuelis perseveravit. Statione post hæc narrat scriptor res primitivè gestas à Samuele ad clavum Israelis admoto, quò ratione procuraverit ille populo longam illam vicinalem pacem, quam ante innumerat. Hæc ergo textum Hebræorum reddere maluerim: *Et factum est, ex quâ die movit arca in Cariathiarim, longum tempus effluxit, spatium scilicet vigniti annorum, quibus domus Israel requievit in pace post Dominum.* Postrema hæc verba, quæ Vulgata reddidit: *Requievit post Dominum*, alii interpretes vertunt: *Conveniunt ad Dominum*; vel: *Eleverunt jugularumque ad Dominum.* Septuaginta: *Reversi sunt ad Dominum*, in quam etiam interpretationem Syriacus et Arabs concesserunt. (Calmet.)

ET REQUIEVIT OMNIS DOMUS ISRAEL POST DOMINUM. Nil aliud est, opinor, quam domum Israel, quæ lubrico vacillabat vestigio, quæ modò in hæc, modò in illam religionem incerta ferebatur, tandem mutato animo, et meliori jam studio, unum elegisse Deum, cujus adhæreret auspiciis, et mandata completeret. Illud autem est requiescere post Deum, et in ejus obsequio gradum figere stabilem et certum. Unde autem illa tanta tanquæ opportuna mutatio contigerit, statim declarat.

VERS. 5. — AIT AUTEM SAMUEL AD UNIVERSAM DOMUM ISRAEL, DICENS: AUFERTE DEOS ALIENOS, etc. Rationem reddit, cur populus ab impietate et idololatriâ, ad quam ante deluxerat, revocatus avitam religionem rursus amoveret coglueritque; quia neque Samuel, cujus erant apud omnes singularis auctoritas propter morum probitatem et prophetie donum, cujus non semel documenta dederat, suis exhortationibus seu publicis ad hominum coetus, seu privatis ad singulos perfecti, ut puderet illos superioris vitæ, et de meliore fruge cogitare. Quod præstare cepit, non quidem anno viciesimo, de quo nunc, sed toto tempore, quò sublatò Heli, illius loco suffectus est, non ut sacerdos esset, sed iudex, qui rem curaret et tueretur publicam. Ita Abulensis, q. 25, et Lira, Cajetanus. Anno verò vigesimo illam habuit orationem ad populum, de quâ mox, quâ id agit, ut abjiciat propterea Israelitæ quidquid reliquiarum ex impiâ atque alienâ religione supererat. Quam orationem antequam explicare aggredior, operæ pretium est explorare quo tempore, aut quâ ætate, reipublicæ clavum Samuel tenere cepit. Quod quidem hic leviter, accuratius tamen, cum ventum erit ad illud cap. 15: *Filius unius anni erat Saül.*

Quâ in re varias video inter auctores fuisse sententias. Quidam constitutum esse iudicem putant anno ætatis suæ quadragesimo. Ita Augustinus Tornelius ad annum mundi 2940, n. 1. Alii aliter putant. Canus lib. 11 de Locis, cap. 5, Genebrardus in Chronic. quod Serario nostro placuit, inisse principatum post vigniti illos annos, atque ideò grandior jam erat, et supra adolescentiæ annos, quando iudex esse cepit in Israel. Placet, quod nobis visum est in nostris Commentariis super Acta ad illud cap. 15: *Dedit eis Saül filium Cis virum de tribu Benjamin annis quadragesimo*, ubi diximus, illum cum adhuc esset adolescens, obtinuisse principatum. Quod tenet Abulensis in cap. hoc

7, q. 23; Dionysius in cap. 13 lib. 1 Reg. Et hoc mihi omnino videtur esse dicendum, quod non obscure ipse docet Samuel infra cap. 12, ubi ab adolescentia tenuisse aut dicit, aut indicat, locum illum, aut gradum, quem tunc habebat, quando à se magistratum illum abdicavit. Itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce presens sum. Loquimini de me coram Domino, et coram Christo ejus; utram bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu alicujus munus accepi, etc. Hæc omnia, quæ in sua vitâ ab adolescentia explorari jubet Samuel, illius sunt peccata propria, qui cum potestate est; quare cum in suam adolescentiam de ejusmodi rebus inquiri jubet, planè docet Samuel, ab adolescentia se Israelitici imperii tenuisse clavum.

Cum ergo viginti annis, ex quo vitâ functus est Heli, constitutus jam populi iudex Samuel cum populo egisset, ut mores deponeret, qui superiorum iudicum incuriâ, et nimia sacerdotum sive intemperantiâ, sive conniventiâ sensim inoleverant, illud sic est assiduitate et studio consecutus, ut dici potuerit populus requiescere post Dominum, quo sensu à nobis explicatum est. Cum tamen adhuc ex eo, quod popularium animis ex veteri contagione altius insederat, superesset exurendum, neque tutum putaret vir sanctissimus renovare bellum, si aliquid esset intus, quod magis debilitaret vires, quam hostilis furor, admonet, ut nihil secum residere patiantur, quod impietatem oleat antiquam, sed abiciant idola, et unum Deum, quem ipsorum coluerunt parentes, venerentur, quo patrono atque auspice nihil timeri potest adversum.

Hic tu pro moribus observa, plus esse à nobis ipsis cavendum, quam ab hostium copiis, quantumcumque ad omne oppugnationis genus potenter instructis, atque ideò magistratus malè salutis consuluisse publicæ, si contra externum hostem machinas comparent, et militem undecumque conscribant, nisi prius eruentum bellum peccatis, id est, domesticis hostibus, et omnem munitionem sensim corruptentibus indixerint. Viginti annos dux optimus et imperator Samuel in corrigendis subditorum moribus impendit; neque segnius cum illis toto hoc tempore, quam cum Palæstinis uno aut altero die dimicavit; neque dubitavit de victoriâ, cum à suorum finibus intestinos illos hostes excessisse cognovit. Atque ideò dicit audacter:

SI IN TOTO CORDE VESTRO REVERTIMINI AD DOMINUM, AUFERTE DEOS ALIENOS DE MEDIO VESTRI, BAALIM, ET ASTAROTH, etc., ET ERUET VOS DE MANU PHILISTHIM. Littera obscura non est. Converti ad Deum toto corde, ut satis explicat quæ proximè succedunt, est, sic ad unum aspirare, ut nihil ex corde, nihil ex animo alienæ religionis sordibus adhæreat, sed unum Deum nostræ spectent cogitationes, atque consilia. Baalim, aut commune est nomen gentilium deorum, aut quia Baal deorum erat præcipuus et maximus, cujus vicini populi sacra complexi sunt, in illo dii alii inferiores intelliguntur. Sed sanè ista conjunctio Baalim et Astaroth, quæ aliis locis etiam inveniuntur conjuncta, aliquid significat occultius latere, maxime cum in numero inveniatur plurali. Ut Judic. cap. 2, v. 13, cap. 5, v. 7, cap. 10, v. 6, et infra 12, v. 10. Quare illud, quidquid est, eruere tentemus.

Vox ista *Baal*, ut pluribus ostendimus in cap. 2 Osee ad illud: *Et non vocabit ultra Baali*; aliquid significat eximium et excellens, nempe *Dominum*; quo nomine gentiles deos suos appellabant, et uxores viros suos, observantiæ atque amoris ergo. Quare, si hoc nomen idolorum monstris, et foedis dæmonum simulacris non esset impositum à gentibus, ad Deum etiam verum accommodari posset, quem in eundem sensum *Adonai*, id est, *Dominum meum*, appellamus. Verùm sicut δαίμων, dæmon, vox est honestissima, quam, si non diabolo foret quasi propria nota familiariter imposita, in beatos spiritus et sanctos omnes aptare possemus, quia non valet aliud, nisi fortunatum, et felix; nihilominus vocem illam, propterea quòd rei turpissimæ penè solum, certè familiariter adhæret, abominamur omnes et horremus. Sic etiam, quia *Baal* honoris gratiâ mutis simulacris adhibere gentiles, à Deo vero remouent viri pii, ne quid Deus verus cum diis falsis, vanisque gentilium videatur habere commune.

Porrò hoc nomen generale est, et usque adeò patet, ut non solum masculis diis, quos finxit antiquitas, sed etiam deabus accommodetur. Sanè Theodoretus generale putat esse nomen. Septuaginta quidem nomini *Baal* articulum plerumque præponunt femineum, ut Jeremiæ cap. 2, bis, et cap. 7; imò et apud Paulum, cap. 11, v. 4. Sed puto *Baal* generatim usurari pro diis masculis; *Astaroth* autem pro femellis à præcipuâ aliquâ deâ, quæ Venus esse creditur, quam à Sidoniis acceperunt Hebræi;

de quâ 3 Reg. cap. 11. Syros autem et Palæstinos coluisse deas jam supra docuimus, dum Dagonem formam diximus habuisse femineam. Et quidem Ovidius lib. 4 Pastor. Palæstinas vocat deas, non deos.

Sæpè Palæstinas jurat adesse deas.

Est præterea *Astaroth* in plurali numero formâ femineâ, sicut *Baalim* masculinâ formâ. Quare admonere videtur hoc loco Samuel illos qui in populo nondum abjecerant gentilicæ superstitionis studium, ut deos deasque omnes et eorum phylacteria procul abiciant, et animos assumant prorsus Israeliticos, hoc est, Israelæ progenitore dignos, et uni Deo omnino consecratos (1).

VERS. 5. — CONGREGATE UNIVERSUM ISRAEL IN MASPATH, UT OREM PRO VOBIS DOMINUM. Quia orasse dicitur Samuel in Maspath, existimant Lyra, Angelomus, et auctor Tradit. hebraic. in civitatem illam arcam esse translata, et inde in Galgala, inde in Nobe, inde in Gabaam; postea à Davide in domum Obededom. Quorum sententiam optimè confutat Abulensis, q. 10. Quia David, ut satis liquet ex lib. 2 Reg. cap. 6, et lib. 1 Paralip. cap. 13, arcam transtulit ad domum Obededom ex Cariathiarim ex domo Abinadab. Neque clarius quisquam id signifi-

(1) PRÆPARATE CORDA VESTRA DOMINO. Audi S. Gregor.: « Cor Domino præparat qui mentem non solum ab immunda cogitatione separat; sed etiam cogitationum sanctarum ac virtutum fulgoribus illustrat, ut velut abjectis et comminutis idolis, se Dei templum efficiat; dum illic divinæ gratiæ sedem erigit, ubi reprobos spiritus manere per prava desideria non permisit. » (Corn. à Lap.)

VERS. 4. — Les enfants d'Israël rejeterent Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur. Aussitôt que l'arche est revenue dans Israël, Samuel commence à agir en prophète. Il prêche d'abord la pénitence et le vrai changement de vie, qui consiste à renoncer aux idoles, c'est-à-dire aux passions dont nous sommes idolâtres. Les Israélites obéissent à la voix de ce saint prophète. On voit par là le fruit que peuvent faire parmi le peuple de fidèles ministres de Dieu, lorsqu'ils se sont préparés saintement comme Samuel pendant tout le cours de leur vie pour s'acquitter de leur charge.

Après que le peuple a témoigné son regret intérieur, en renonçant effectivement aux idoles de son cœur, en quoi consiste la vraie pénitence, Samuel leur ordonne de s'assembler afin qu'il prie pour eux, et l'on voit combien est grand l'effet de cette prière. Car le peuple y reçoit de nouveaux mouvements de pénitence par ce jeûne qu'il garde, et par cette eau qu'il répand. Elle marque les larmes d'un cœur contrit accompagnées d'un sentiment d'humilité, qui fait que nous nous regardons devant Dieu comme un peu d'eau tirée d'un fleuve, et qui étant répandue sur la terre se sèche aussitôt. (Sacy.)

care potuit. Audi nunc verba ex lib. 1 Paralip.: *Congregavit ergo David cunctum Israel à Sihor Ægypti usque diem ingrediariis Emath, ut adducerent arcam Dei de Cariathiarim. Et ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, etc. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum de domo Abinadab.*

Advocavit autem populum in Maspath, quia locus erat opportunus magis, in quem populus latè dispersus posset convenire commodius. Vocavit autem, ut pro illis et cum illis simul oraret. Quomodo autem orare et sacrificare potuerit Samuel, cum sacerdos non esset, diximus pluribus cap. 2, v. 35, ad illud: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* Neque habeo aliquid amplius, quod adjiciam. Fuit autem illa oratio pro penitentibus, et ut dixi, cum penitentibus neque enim tantum orat propheta, sed etiam alios aut orare docet, aut orando præit, aut etiam orantes comitatur. Quæ enim sequuntur, opera sunt, et verba penitentis populi.

VERS. 6. — ET CONVENERUNT IN MASPATH, HAUSERUNTQUE AQUAM, ET EFFUDERUNT IN CONSPPECTU DOMINI (1). Qui prius divinæ legis immemores, alienam coluerant, sua consilia condemnant, sibi que à Deo pacem et veniam petunt. Quare ad orationem dolentem et supplicem, alia adhibent orationis subsidia, quæ offensum Deum ad lenitatem et misericordiam inflectant. Quale est jejunium, quod alimenta subtrahit et corpus sublatis etiam necessariis attenuat. De aquâ haustâ, illaque in Domini conspectu effusâ, varia meditantur interpretes; neque mirum, cum hoc tantum loco audiamus in dolore ac luctu de peccatorum gravitate concepto effusam esse aquam. Quid Hebræi antiqui existimaverint, docet Hieronymus in Traditionibus hebraicis, quæ hic libet adducere, licet longè abesse putem à vero atque germano sensu. Sic autem ibi Hieronymus, aut quicumque est, qui opus illud concinnavit: « Hebræi tradunt quòd coram Domino in eandem aquam maledicta congesta sint. Et sicut in lege mulier zelotypa haustâ aquâ probatur, ita et hic idololatræ hæc aquâ probati sunt; hi videlicet, qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt enim, quòd quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia ejus ita sibi adhærent, ut nequaquam ea ab in-

(1) Quid effusio aquarum in jejunio sibi velit, obscurum est; fortassè, juxta consuetum Orientalibus tropum, liberalitatem, quâ Hebræi nunc se totos Deo tradere vellent, indicat. (Lahn.)

vicem ido. olatra separare posset. Hoc indicio idololatra deprehendebatur et interficiebatur. Quod et sequentia demonstrant in eo quod ait: *Judicavitque Samuel filios Israel in Maspha.* Judicare in hoc loco idololatrias secundum legem, morti tradere intelligendum est. Dicunt etiam, quod Moyses hoc modo idololatra, qui sibi vitulum fecerat, probaverit, quando arripuit vitulum et combussit, et contritum usque ad pulverem sparsit in eam, et dedit ex eo potum filiis Israel. Hec Hebraei, qui saepe sua commenta nobis pro oraculis venditant; ego in alia omnia libentius abeo. Hoc probat Rupertus, et Historia scholastica docet quibusdam visum esse, quos tamen non nominat, quoddam idolum redactum esse in pulverem à Samuele, et mixtum aqua propinatum populo, sicut quondam fecit Moyses, et in illorum barbis esse cognitum, quis esset idololatra. Quod etiam tenet Hugo. Sed planè divina, qui ita cogitant.

Alii hanc aquam metaphoricam putant, et pro lacrymis sumunt, quae compunctum prodeunt et poenitentem animam. Ita quidam ex Hebraeis; lacrymas autem aqua sunt, quae ex liquefacto corde, et in hunc humorem resoluta hauriuntur, et effunduntur foras. Sumitur autem metaphora à fontis scatebris, quae in terrae visceribus conceptae, per venas tandem in omnium erumpunt aspectum. Id spectasse videtur Jeremias, cap. 9, v. 1, ubi fontem optat, unde lacrymas hauriat, *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei.* Fontem statuit in capite, unde ad oculos lacrymas derivet; quae post in terram defluant. Cum Hebraeis sentit quoque Gregorius; ejus hic verba lubens adijciam. *Quid est, inquit, aquam haurire, nisi de profundis animae poenitentis confusione lacrymarum fluente producere? Velut enim aquam haurimus, dum inquam profunda iniquitate cecidimus considerantes plangimus. Quam profecto aquam in conspectu Domini effundimus; si cum poenitendo compungimur, de ejusdem compunctionis fletu non quaerimus favorem socii; sed solum fructum divinae placationis. Sed et dum mens flendo compungitur, necesse est, ut etiam caro, quae delectationibus subjacuit, affligatur.*

Alii aquam proprie sumunt, sed variè interpretantur, nempe ut eluant sordes, quas, dum poenitentium speciem et personam assumunt, contraxerunt. Nam lugentes et tristis

omnium penè gentium consuetudine in squa-lore jacent; in pulvere eubant, cinerem aspergent capiti, omnem denique munditiam et elegantiam evitant. Ut haec igitur, quae ex hoc vite modo poenitentium adhaerere corporibus, eluant, aquam hauriunt, et illam cum sordibus simul, quas detulerunt, in conspectum Domini effundunt. Ita ex auctore non bono dicit Serarius; quod neque ipse probat, neque alicui viro cordato probari potest. Hoc tamen tempore, in quo haeretici horrent et exigitant Confessionis et Poenitentiae nomen, habemus ab haeretico (talis est enim illius sententiae auctor) optimum Confessionis atque sacramentalis Poenitentiae symbolum. Illa enim elicit animae sordes; et ita in conspectum Domini effundit, ut animam libere prius deformem et fodam mundat atque purificet. Facit enim Poenitentiae sacramentum, quod aqua quaedam est expiatoria, quod baptismalis aqua, quae, quas invenit in animâ sordes, detergit, et quod reperit contaminatum, emaculat.

Alii hanc aquam effusam coram Domino symbolum esse putant eorum quae in animis occultae fiunt; cum quis operam dat animae expandendae, aut ad grande aliquid divinae liberalitatis beneficium disponendae, qualis est oratio, quae si vera est, totam coram Deo animam effundit. Sicut cap. 1, dixit Anna, quam cum ex orandi contentione Helisacerdos temulentam putasset, ipsa respondit, non illa signa esse à temulentâ, sed quod animam suam effundisset coram Deo. Porro quid sit animam effundere, diximus eo loco. Aut certe eo symbolo significante sic fuisse ex animis peccata depulsa, sicut è vase aqua sic effunditur, ut nulla in eo gutta remaneat. Aut, ut Rabb. Salomon citatus à Lyrâ, symbolum est animi, qui de se humiliter sentit ac loquitur; quasi, effusa aqua coram Domino, dicant viri illi, quos antea vitæ poenitent et pudet, se omnino, dum suis indulgent affectibus, effusa aquae similes extitisse. Ut enim effusa aqua perit, neque recuperari potest, ubi illam terra arida bibit, sic illi qui se peccatores agnoscunt, dolentique quod quas acceperunt à Domino dotes sic in terrâ defossae fuerint et abjectae, sicut aqua effusa, quae in lutum abiit, neque apparet usquam.

Glossa ordinaria aliquid hic videt veræ poenitentiae proprium, quod videlicet qui eo nomine digni sunt, illi sic omnem sibi peccandi facultatem praeciderunt, ut ad errata vite liberioris omnem praeclasserint aditum, omnes illecebras, omnia blandimenta sustulerint.

Quemadmodum ille satis probat, se nihil velle haurire de poculo, qui quidquid erat liquoris in poculo, ad extremam usque guttulam effundit.

Hec sane non abs re, et quod ad moralem sensum pertinet, egregia. Ego tamen addam aliquid, quod mihi si minus ad ritus consuetudinesque sacrificiorum, at certe ad mores non videtur alienum. Et primum puto verum esse, quod q. 28 censet Abulensis, aquam in sacrificiis offerri non posse, quia nunquam illius in re sacrificiâ nomen auditum, nisi forte ad lavandas victimas et sacerdotum munditiam; et ideò mare aeneum in templo fuit, et prope templum probatica piscina, sed aqua legitima, quod ego viderim, nunquam oblata. Nisi forte dicas, oblata à Davide aquam, quam viri fortes illius desiderio avidius et audacius, quam ipse vellet, obsecuti hauerunt de cisternâ Bethlehem. Illa enim oblatio, neque à sacerdote fuit, neque legitima, ut fieri solet ad altare; sed qualis fieri solet à profanis, cum propter Dei obsequium aliquo se privant commodo, quod appetebat animalis natura. Et si quis propter Deum colibeat manum ab hoste, quem ante pedes prostratum habet, contineat prurientem libidinem, ac tandem id à se profusè depellat et resedet, ad quod natura impetu ferebatur praecipiti. Quâ de re nos plura suo loco.

Nihilominus puto verè ac proprie effusam esse coram Domino aquam; non quis sacrificium aut libamentum fuerit, sed quod actione illâ externâ ac hieroglyphicâ aliquid significaretur, quod latebat in animo. Quid verò illud sit, non obscure, ut opinor, docet, quod proxime sequitur, de quo statim. Quod autem illa caeremonia in usu fuerit Hebraeis, quae significat nihil sibi fuisse reliquum in quolibet genere, mihi argumento est, tum quia id sonat hic locus, qui cum optimè possit in significatione propria sumi, non est cur ad metaphoricos sensus torquatur; tum deinde quia in Scripturâ sacrâ saepius videmus, cum aliquid funditis exanimem ostenditur, per aquam effusam significari. Quod igitur metaphoricè verbo saepe, quod mirum si idem hieroglyphicè signo nonnunquam exprimitur? Id ergo jam nonnullis Scripturâ testimoniis in argumentis valde inter se diversis explicemus. Dicitur Deus iram suam effundere in aliquos, quando totam iram, quae in divino pectore peccator pondiderat, aut (ut cum Paulo loquar) thesaurizarat, evomit, ita ut totum exprimat, quod

latebat intus, id dicitur effundi sicut aqua. Oseas cap. 5: *Super eos effundam, sicut aquam, iram meam.* Deuter. 12: *Comedes abique equo duntaxat sanguinis, quem super terram sicut aquam effundes.* Sic ab animalis sanguinem exprimes, ut ne gutta quidem supersit in venis. Et idem cap. 13. Hinc Deus Psal. 21, cum significare vult nihil fuisse sanguinis in corpore, quod pro hominum salute non expenditur: *Effusus sum sicut aqua.* Et Genes. 49, Jacob ad filium Ruben: *Effusus es sicut aqua; non creasas, quia ascendisti cubile patris tui, id est, totum te in libidinem laxasti; ita ut nullam in te pudoris aut temperantiae partem reliqueris; meminit autem Scriptura tam hoc loco, quam alius, aquae potius quam liquoris alterius; quia alii, ut maxime cupias studeasque, non ita effundantur è vase, ut non in illo aliquid adhaereat; oleum puta, mel, vinum, quorum in vase manet saltem color, odor, sapor; at ex aqua sic purum manet vasculum, ut nemo iudicet in illo unquam aquam fuisse conclusam.*

Hæc ergo similitudine, actioneque hieroglyphicâ docent hi viri, quos ad veram conversionem Samuel, et ut vestigium haerentis libidinem in unius Dei religione firmiter hortatur; aiunt, tam à se projiciendam impietatem antiquam, et deorum deorumque omnium execrandam esse memoriam, ut non minus excedant ab animo, quam aqua, cum è vase, in quo conclusa fuerat, effunditur, ejus neque sapor manet ullus, neque odor, usque adeo tota vanescit et perit. Admirabile hoc symbolum est animi verè poenitentis, qui nihil apud se retinere vult vitæ, cujus illum poenitent et pudet (1).

JUDICAVITQUE SAMUEL FILIOS ISRAEL IN MAS-

(1) ET JERUSALEM. Ecce hic tres actus poenitentiae, scilicet contritio; significati in effusione aquae; confessio, cum dicitur: *Peccavimus Domino;* satisfactio cum jejuniis. Hoc enim jejuniis non erat onus, id est, coactivum, sive à lege præceptum, sed coactum, id est voluntarium et spontè à poenitentibus susceptum. Nam, ut ait S. Gregor., *et dum et non flendo compungitur, necesse est etiam et ut eorum quae delectationibus subjacuit, alligetur.* Audi S. Hieron. l. 2 contra Jovin.: *Congregatum, ait Samuel populum in Masphâ indicto jejuniis roboravit, et fecit hostibus fortiores.* Et S. Leo serm. 1 de Quadragesimâ, ubi agens de Hebraeis hoc loco jejunavit: *Ut superare, ait, hostes suas possent, vires animi et corporis indieto sibi repente revère jejuniis.* Et post pauca: *Abstinete, ergo à cibo et potu, severa sibi castigantia adhibere censuram, et ut hostes suos vincant, quæ illecebram in se ipsis ante vicerunt.* (Corn. à Lap.)

PHATHI (1). *Judicare* sub hoc Samuelis tempus idem est quod moderari ac regere; unde qui ante hoc tempus rem administrarunt Israeliticam, vocati sunt iudices. Ex eo tempore habuisse videtur stabile domicilium, et quasi imperii sedem in Maspath, cum ante illud tempus aliis atque aliis locis stasset. Cum enim nactus esset rempublicam profligatam et perditam, in qua tunc videbatur excitatas aras, quot apud gentes, deorum deorumque nomina celebrantur; neque illos, utpote in varia studia religionesque distractos, ad locum unum facile posset convocare aut cogere, nisi prius ad unam religionem et fidem conspirasset; necessarium illi fuit per varia loca subinde discurrere, et omnes officii prodium et neglecta religionis admonere. Quod ubi consecutus est in Maspath, ubi qui adhuc religioni adhaerant aliene, Baalim et Asthroth, id est, deos deasque omnes sibi abiecerunt, ut neque illorum odoris aliquid esset, aut saporis reliquum; sicut neque aliquid aquae manet in vasculo ex quo effusa est, stabilem sibi constituit sedem in Maspath, ubi jus diceret, et rem moderaretur publicam.

VERS. 7. — ET ADIERUNT PHILISTHEIM, QUOD CONGREGATI ESSENT FILII ISRAEL IN MASPATH. Ex quo tempore decessit Heli, satis habuerunt filii Israel, confirmare se ab illa plaga, quam acceperant à Philisthaeis, quando capta esset arca. Neque fortasse Philisthaei, cum jam essent in se ipsis et in agris experti severam Dei manum, ausi sunt iterum aliquid contra Israelitas bellicum moliri. Quare ad hoc usque tempus, id est, ad annum vigesimum ab arca restituta, ab utraque parte siluerunt arma, quia satis habuerunt utriusque curare sua, neque tutum putabant aut opportunum aliena turbare. Ubi verò vident in Maspath à summo

(1) Porrò urbes dictæ Maspath, fuere quatuor. Prima in tribu Gad, Josue 15, 26. Secunda in dimidia tribu Manasse ad radices Hermon, quæ fuit patria Jephthæ, Judic. 11. Tertia trans Jordanem in terrâ Moab, de qua 1 Reg. 22, 5. Quarta hæc nostra in confinio tribus Juda et Benjamin, in qua erat orationis locus, idèquæ ad eam crebro conveniebant Hebræi. Alibi Maspath vel Maspha vocatur. Hanc postea sedificis munitur Asa rex Juda, et in eâ habitavit Godolias, 4 Reg. 25. Et Jeremias propheta c. 40, 41. Nota: Arca non erat in Maspath, ut nonnulli conjiciunt ex hisce Samuelis comitiis ibidem peractis, sed in Carithiarim.

Mysticè S. Greg. : « In Maspha, ait, sacerdos est iudicatus, cum non humanum arbitrium sequitur, sed divinum. » (Corn. à Lap.)

preside haberi comitia, suspicari aliquid in suum caput ab adversariis adornari, ipsi quoque parant arma, et delectus habent militares, ostentant metum, ac tandem in Israeliticis fines hostiliter irruunt (1).

VERS. 9. — TULIT AUTEM SAMUEL AGNUM LACTENTEM TENERE (2), ET OBTULIT ILLUM HOLOCAUSTUM INTEGRUM DOMINO (5). Expavit Israel jamdudum

(1) ASCENDERUNT SATRAPÆ PHILISTHINORUM AD ISRAEL. Tropol. S. Greg. : « Ablatis, ait, diis alienis, peracto jejunio, exhibita à prædicatore censura examinis, ad Israel Philisthinorum principes ascendunt; quia cum altiorem vitam proficimus, maligni spiritus, qui semper bene agentibus invident, nobis infestiores sunt. » (Corn. à Lap.)

Les princes des Philistins marchèrent contre Israël. Les Israélites ne sont pas plus tôt réconciliés avec Dieu, que les Philistins s'assemblent et leur font la guerre. C'est ce qui doit apprendre aux vrais fidèles qu'ils ne manquent point d'ennemis au dedans et au dehors, lorsqu'ils penseront sérieusement à se convertir à Dieu. Mais qu'ils ne craignent point, ou s'ils craignent, que ce ne soit, comme il est marqué ici, que pour avoir recouru aux prières des vrais serviteurs de Dieu, et pour leur dire: Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur. (Sacy.)

(2) Cur Samuel lactentem agnum obtulit, vetante lege, ne coquatur hædus in lacte matris suæ, id est, ne lactens adhuc in sacrificio immoletur? Cautio ne coquatur hædus in lacte matris suæ, definienda est ad hædum vel agnum paschalem, qui anniculus, id est, aliquantum adultus imperatur: de cæteris autem victimis nihil interdictum erat; modò tamen per septem dies lactissent: Septem diebus erunt sub ubere matris suæ; die autem octavo et deinceps offerri poterunt Domino. (Calmet.)

(3) Quid sibi vult hoc? an holocausta non integra à quoquam non offerbantur? Integrum holocaustum obtulit Samuel, id est, perfectum, omni macula et defectu carens. Denique obtulit integrè victimam in holocaustum: additur illud, integrè, ex pleonasmò, ut commodè etiam omitti possit. Septuaginta. Obtulit cum universo populo. (Calmet.)

Cur dicitur hoc holocaustum integrum? Resp. integrum, id est, indissectum; solebat enim victima in partes dissecari, itaque in altari comburi: hoc verò ob ingruentes hostes Philistinos dissecari non potuit; sed integrum fuit aræ impositum. Alioquin in omni holocausto tota et integra hostia debebat Deo comburi. Ita Sallianus. (Corn. à Lap.)

Samuel prit un agneau qui tetteit encore, qu'il offrit en holocauste au Seigneur. Ceci nous montre le devoir des prêtres dans le péril de ceux que Dieu leur a adressés pour les conduire. Non seulement ils doivent prier pour eux comme Samuel, mais ils doivent encore avoir recours au Sauveur figuré par cet agneau qu'offre Samuel, parce qu'il est la victime de propitiation pour effacer les péchés, et pour réconcilier Dieu avec les hommes. Le Sauveur est agneau, dit saint Grégoire, parce qu'il est la sainteté même. C'est un agneau ten-

desuetos arma tractare, cum hostiles acies in suos terminos invectas videt; et quia Samuel Deo multis iudiciis gratum esse cognoverant, in ejus precibus spem victoriæ, et dubie fortunæ felicem exitum statuunt. Quare obsecrant ne ab oratione cesset, et suam apud Deum causam teneat. Quod ipse fecit diligenter juxta aliorum vota, et ad preces sacrificii quoque illud genus adiecit, quod Deo idèd putabatur esse maxime gratum, quod totum cederet in ipsius gloriam, nec ex eo sibi aliquid homo vindicaret, quod est holocaustum. Sumpsit igitur agnum tenerum, qui nondum erat à lacte depulsus, totumque Deo tradidit, et in eo etiam populum, cujus ipse curam atque tutelam Deo commendante susceperat. Non quæro hic, quomodo, cum Samuel sacerdos non fuerit, sacrificaverit, quia eâ de re pluribus egimus cap. 2, ad illud: Suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Quidam dicunt, sacrificasse quidem Samuelem, per sacerdotem tamen, cuius erat sacrum illud ministerium. Quemadmodum princeps id fecisse dicitur, quod ut alii facerent, ipse curavit. Sed necesse non est ad illum solutionem confugere, cum aliquando etiam non sacerdotes urgente aliquo graviore casu sacrificaverint, ut eo loco diximus, sicut fecit Elias, et in Samuele graviore apparet, et propria quadam ratio. Quod ad altare attinet, diximus cap. 6, ad illud v. 14: Imposuerunt super eâ holocaustum. Hic credo altare raptim esse constructum, quia hostis urgebat, neque satis tunc erat otii, ut excitaretur accuratius.

VERS. 10. — FACTUM EST AUTEM CUM SAMUEL OFFERRET HOLOCAUSTUM, PHILISTIM INIERE PLENUM. Cum superiori plaga graviter foret afflictâ Palestina, et civibus, qui lucri possent, et

dre et qui est encore au lait, parce qu'il s'est rendu faible pour sauver les faibles, et qu'il s'est revêtu de notre chair. Il est unique, comme le Fils du Père, et comme l'Epoux et le chef de son Eglise; et il est offert tout entier en holocauste, parce qu'il s'est immolé pour nous dans le sacrifice de la croix, et qu'il s'offre encore sans cesse pour nous dans le sacrifice de son Eglise; comme nous ne devons aussi donner à lui sans réserve, puisque le sacrifice que nous lui offrons de notre cœur est la suite et l'accomplissement de celui qu'il offre sans cesse pour nous.

Le même saint Grégoire tire cette instruction importante de cet exemple de Samuel, que que les vrais pasteurs voient que les âmes dont Dieu leur a donné le soin sont tentées, ils doivent les soutenir, en leur procurant le secours non seulement de leurs prières, mais aussi de leurs sacrifices: Tentatis subditis pastores boni non solum orationum præsidia conferant, sed etiam sacrificiorum. (Sacy.)

amplificare rempublicam, orbata, externum sibi adsciverunt auxilium à vicinis populis, à Tyriis puta, et his, qui Tyriorum suberant imperio. Sic habes ex Eccl. cap. 46, ubi cum sermo esset de hoc ipso tempore, profligati dicuntur cum Philisthaeis principes Tyri. Intomit de celo Dominus, et in sonitu magno auditam fecit vocem suam; et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philistim. Hi igitur omnes eâ celeritate in Israelitarum fines irruerunt, et ad illum usque locum progressi sunt, ubi princeps Samuel congressus habuerat, ut prius illatum viderint bellum Israeliticum, quam comparatum audirent. Quare inermes erant, utpote quia magis religionis gratiâ, et aliis de rebus essent instituta comitia, quam ut hostibus tunc bellum inferrent, aut illatum à patriâ propulsarent. Deus tamen quocum Samuel sacrificiis precibusque certabat, totam illam belli molem repente disiecit et pro populo sibi jam abjectis idolis conciliato sic pugnavit è caelo, ut uno illo congressu plus miserint honoris et virum Palestini, quam multas antea bellis cum hoste collatis.

INTONCIUT AUTEM DOMINUS FRAGORE MAGNO IN DIE ILLA SUPER PHILISTHEIM, ET EXTERUIT EOS, ET CESI SUNT A FACIE ISRAEL. Hæc eadem habes Eccl. cap. 46, que omnia optimè describit Josephus lib. 6 Ant. cap. 2: Prius, inquit, quam totam victimam flamma absumeret, nondum sacro peracto, hostis in conspectu aciem explicat, rem factam se habere putans, interceptis Judæis imparatis ad pugnam, et tantum non inermibus, ut qui non in eum locum ad hoc convenerant. At longè aliter accepti sunt, quam crederent, etiamsi quis prædixisset. Primum enim terra, jubente Deo, sub pedibus eorum intremuit, et vacillante vestigio nutabant; nonnulli etiam in improvisis hiatus prolabebantur; deinde fulminibus crebris attoniti, et ignitis fulguribus oculis, ac manibus semistultati, ut non arma quidem retinere possent, in fugâ speræ totam ponebant. Hujusmodi Deus sæpè bella pugnavit pro populo, ut tempore Gedconis et Debboræ, et infra, cap. 14, cum Jonathan et ejus armiger stragem magnam in Palestinarum castris ediderunt. Neque Evangelicis desunt exempla quæ docent adesse Dominum suis, et temporis momento dispendere, quibus mortalis nulla potentia obnitii posse videbatur. Unde prudens quibusque faciliè cognosceret, invictas esse acies, quas armat et moderatur Deus, et murum esse æneum

cum nulla in castris culpa grassaret (1).

VERS. 12. — (2) ET VOCAVIT NOMEN LOCI ILLIUS : LAPIS ADUTORII. Usitatum fuit superioribus seculis, ut beneficiorum omnium quae quisque accepisset, aliquid eo ipso in loco monumentum relinqueret, quod apud posteros aeternam conservaret memoriam. Sic Jacob excitavit altare, ubi illustrationem accepit à Deo singularem. Sic Josue notatum voluit esse locum, per quem Jordanem sicco gradu trajecit. Sic modo Samuel, ne tamen apud posteros beneficii memoria periret, excitavit lapidem, cui nomen imposuit ab eo beneficio, quod eo in loco casis fugatisque Palaestinis, populus accepit. Hoc porro nomen per prolepsim audi- vimus cap. 4, quia Samuel, à quo eventus ille litteris mandatus est, scripsit multis annis, postquam feliciter eo tempore pugnatum est, cum jam locus illo esset nomine consignatus; et fortasse tunc scripsit cum jam esset regni administratione defunctus.

Ad hunc ego locum aliquid invenio apud Tertullianum contra Psychicos, quod ego non intelligo. Indicat enim in aqua illa, quam hauserunt, effuderuntque in Masphath viri Israe- lites, aliquid fuisse peccatum; quod unde ille suspicari aut conjectare poterit, divinare non possum. Neque quod statim addit, bene pastos irrupisse Palaestinos, illis autem Hebraeos occurrisse jejunos; quorum jejuniu videtur in- signem illam tribuisse victoriam, non Samue-

(1) VERS. 11. — USQUE AD LOCUM QUI ERAT SUBTER BETHCHAR. Nomen Bethchar sonat domus agni, vel ovile. De urbis hujus situ inter geogra- phos non convenit. Sunt qui eandem esse lo- cum cum Sen, de quo infra, v. 12. Censet Bonfrerius, Bethchar non longè abfuisse ab Apher et Bethsames, adhaec ad tribum Juda pertinuisse. Occurrit Betakod inter Jezrael et Samariam. Irids Ceila alio etiam nomine Beth- sachar appellata est. (Calmet.)

Porro Bethchar erat in tribu Juda, vicinis Bethsames, ait S. Hieron., in Abenezzer, nec longè ab Apher, et lapide Adjutorii.

Mysticè S. Gregor. : « Bethchar, id est, domus agni, notat vitam et conversationem Christi, et ad quam omnes contendere debemus, et etiam ad illam pertingere non possimus. » Quia, inquit, per indesinentem conatum cor- ta taminis, contendere debemus ad arcem per- fectionis, ubi jam tantò simus hostibus no- stris terribiores, quanto redemptori nostro « viciores. » (Corn. à Lap.)

(2) INTER MASPHATH ET INTER SEX. Reddi potest Hebraeus : Inter Masphath et centum, id est, lapidem illum prarruptum, cui ex figurâ nomine dentis inditum est. Interdum Hebraei rupes nomine dentium appellant. Hunc locum vocat Chaldaeus Sina; Syriacus et Arabis, Bethjusan. (Calmet.)

lis precibus. Verba illius audi adversus Psy- chicos cap. 7, et quid significare voluerit, tunc ipse conjecta. Sic autem ille : « Deliquerat Israel in aqutione apud Masphath congre- gatus à Samuele; ita statim delictum jejuniu diluit, ut periculum praelii simul fugerit. » Cum maximè Samuel offereret holocau- stum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam, quam abstinentiâ populi. Et Allophyli praelio admovebant, ibidem Do- minus intonuit voce magnâ super Allophylos, et confusi sunt, et corruerunt in conspectu Israelis. Et processerunt viri Israel ex Ma- sphath, et persecuti sunt Allophylos, et usque Bethoor ceciderunt pastos impasti, armatos inermes. Haec erunt vires jejunantium Deo, et coelum pro ejusmodi militat. Habes formam praesidii etiam spiritualibus bellis necessa- riam. » Haec Tertullianus, in quibus multa invenio, quae non satis accommodo textui, aut coherere video cum historia. Tu illa, si plus habes otii, accuratius expend; mihi sat fuerit illa in medium attulisse.

VERS. 13. — NEG APPOSUERUNT ULTRA, UT VESIRENT IN TERMINIS ISRAEL. Ut paulò ante Palaestini plagâ divinitus immissa perterriti, nihil hostile contra Israelitidem gentem moliti sunt, sic etiam nunc, cum stare contra se Deum non dubiâ conjecturâ cognoscere, continè- re se intra fines suos, neque turbarent pacem, quam toto Samuelis tempore Dominus Israeli largitus est. Sed est difficile statuere, quo- modò verum esse possit, non ultra Palaestinos in Hebraeorum fines rediisse, cum sciamus, regnante Saule, rediisse saepe, et malè vexâsse rem Israeliticam. Quidam hic non simpliciter negant rediisse Palaestinos, sed eo tantum tempore, quo vixit Samuel. Ita Historia scho- lastica. Ego hanc vocem, ultra, sic exponen- dam puto, sicut exposuit apud Isaiam cap. 2, ad illud : Nec exercebantur ultra ad praesum. Ubi ostendi, sicut aeternum, sempiternum, et si- milita non semper significant quod sine caetero, sed quod diuturnum est, sic etiam non ultra, non amplius, et quae ejusdem sunt significatio- nis, non aliquid omnino negare, sed prota- here longius. Quomodo Isaiæ cap. 25, de Sidone dicitur : Non adificies ultra, ut glorie- ris; et tamen priori fortunae resituta glori- rari potuit. Et idem de Tyro Ezechiel affir- mat, c. 26 : Et sonitus cythararum tuarum non audietur amplius. Et paulò post : Neque edifi- caberis, cum tamen iterum edificata fuerit, et ad veteres cantus, id est, tractandas merces

iterum revocata. Sed utrumque contigit, post- quam plures jam dies exacti sunt. Quare cum toto Samuelis tempore Palaestini nihil contra Israelitas tentaverint hostile, juxta hunc Hebraeorum usum dici optimè possunt, non ultra in illorum fines esse reversi. Ita etiam putat Abulensis, q. 52, et Adriaus Finus lib. 7, oppositione 5, ad 4, quod etiam hoc loco tenet Serarius.

Sed addo ego, idem videri esse dicendum, eum aliquid licet non longè post fiat, minus tamen sit saepe, aut non eodem eventu, quo prius. Aperta sunt exempla, lib. 4 Reg. cap. 6, v. 25, ubi Syri non dicuntur ultra venisse in terram Israel, et tamen paulò post Benadab rex Syria armasse traditur exercitum, et inyas- sisse Samariam. Et Genes. 50, v. 10, dictum ab angelo Jacob : Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Et tamen statim, v. 20, appellatur Jacob, et alibi milles : non ta- men ita frequenter sicut antea, neque legitimo et proprio, sed jam deposito et quasi alieno nomine. Illud itaque dicitur non ultra fieri, quod extraordinario modo fit, et extraordi- nario plerumque successu. Quomodo etiam ex usu Scripturae, quod inutile est aut exitu caret, quomodo aliquis captabat, fuisse negatur. Redie- runt sanè Philistini tempore Saulis, et adhuc vivente Samuele, imò fortassè aliquando Sa- muele regnante; licet id raro, et successu nullo; verùm quia post longum tempus, et irritò conatu, dicuntur non ultra rediisse. Quòd ante diebus Samuelis aliquando Palaestini rediisse videri poterint, sed infelici planè successu, indicat illud, quod statim sequitur : Facta est itaque manus Domini super Philisthaeos cunctis diebus Samuelis. Indicat, inquam, non probat; quia fieri potuit, etiamsi id ex Scriptura non habeamus, ut potius Samuel Palaestinum fines sit ingressus vindicæ manu, quam ut Palaestini Samuelis regnum, id est, Israelis tormi- nos æque tentaverint. Sed id habemus certum, quocumque id acciderit modo, rem Palaestino- rum votis accidisse contrariam (1).

VERS. 14. — ET REDDITÆ SUNT URBS, QUAS TU- LERANT PHILISTHINI AB ISRAEL, ISRAELI (2). AN

(1) FACTA EST MANUS DOMINI SUPER PHILISTHÆOS. Hæc phrasid designat interdum opem et protectionem Dei, uti : In Juda facta est manus Do- mini, ut daret eis cor unum; id est, perfectâ charitable filios conjunxit. Sæpè manus Domini est Spiritus S. in Prophetam operatio : Manus Domini facta est super Eliam, et currebat ante Achab donec veniret in Jezrael. (Calmet.)

(2) REDDITÆ SUNT URBS... AD ACCARON USQUE

ultrò Palaestini reddiderint urbes quas ab Hebraeis ante sustulerant vel vi ab illis Samuel eriperit, ex Scripturâ non constat, quia tantum dicuntur reddita, quod idem valet, quòd reversa. Vox enim hebraica *Tasbna*, redderint significat; et vox hebraica, quae generis est femineæ, cum Philistiim convenire non potest. Et Septuaginta, licet obscurius, id tamen in sua translatione significant : Et reddite sunt civitates, quas ceperant alienigena de filiis Israel, et reddidit se ipsi Israeli ab Accaron usque Azob; et terminum Israel abstulerant de manu alienigenarum. Res planè est incerta; sed in hoc posterius magis inclino, quâ de re postea pluribus, cap. 13.

LIBERAVITQUE ISRAEL DE MANU PHILISTHINORUM. ERATQUE PAX INTER ISRAEL ET AMORRHÆUM. Duo hic contigisse dicuntur in aurore verè Samuelis dominatu; alterum, Israelen excussisse jugum quod ipsorum cervicibus imposuerunt ante Palaestini; alterum, vicinos alios populos, qui hic Amorrhæorum explicantur vocabulo, à bellis etiam abstinnisse, quæ habuerunt omnibus propè seculis assidua. Quare nihil deerat, quominus tempus illud videretur ex omni parte fortunatum. Hic tamen Abulensis hæret, neque, ut

GETU, Accaron et Geth Philisthaea perant; sed inter utramque mediæ erant urbes quædam Daniticae, quæ ad eam tribum redierant. Hinc autem illud illustratur, quod in libro Judicum 18, 1, legitur, Danitas scilicet cum urbes ditiosas suæ subigere non possent, coactos fuisse alias sibi procurare sedes; habuisse autem sibi in urbe Laia, quam occupaverant ad radicem Libani; idolum Michæ, omni tempore quo fuit domus Dei in Sila, id est, usque ad initium à Samuele regimen, cum arca in Carithiarim locata est, ac Philisthai secedere ab iis Danitarum urbibus, quas occupabant, coacti sunt.

Textus Hebraeus ita pariter redditur : Restitute sunt Israeli urbes, quas Philisthai occupaverant ab Accaron usque Geth; et liberavit eam hisce Israelitarum usurpatis regionem, et manibus Philisthaeorum. Non modo coacti sunt Philisthai reddere urbes, sed et ad illarum finibus longius remoti sunt, ut plena libertas regioni pareretur. (Calmet.)

Les villes que les Philistins avaient prises furent rendues à Israël. Il faut avoir soin de reprendre sur les Philistins les places qu'ils nous avaient prises, comme il est marqué en cet endroit, c'est-à-dire de rentrer dans nos premières dispositions, et de ramener notre première forme. Cette paix que Dieu donne à son peuple, fait voir que Dieu a toujours soin de son Eglise, et qu'il suit entremêler les biens et les maux, la paix et la guerre, afin qu'une paix non interrompue ne la rende point Bête, et qu'une guerre continuelle ne l'accable pas. (Saey.)

vires, sine gravi causâ, quia cum hæc libertate non aptè convenit, quod infra, cap. 15, v. 19, traditur; usque adeò videlicet oppressos fuisse Hebræos à Palestinis, ut neque fabrum habere ferrarium permisissent, non modò qui arma cuderet, sed neque qui obtusa rustica ferramenta, ligonem puta, falcem, securim et vomerem acueret. Id verò non est liberus esse à Palestinis, sed ab illis durius et inclementius tractari, quàm à domino servos. Quid autem durum magis quàm in toto populo, cum esset jam intentus ad bellum, ipso adhuc vivente, licet non jam regnante Samuele, nullum aut gladium, aut hastam reperiri, nisi in rege Saül, et in ejus filio Jonathâ? Respondet ad hæc Abulensis, q. 26, non omnino liberatum esse Israelè à Palestinorum dominatu, sed relevarum ab illorum jugo; et si qua esset servitutis species, illam longè fuisse mitiorem. Quare tributum adhuc Palestinis pendebat Israel, neque bellicum aliquod instrumentum sine cadere, sive gestare secum permittebatur, donec tandem David superavit illos, et tulit ab eis frenum tributis de quo lib. 2 Reg. cap. 8: *Percessit David Philistinim, et humiliavit eos, et tulit David frenum tributis de manu Philistinim.* Quare non tam ab illis liberati sunt Hebræi, quàm eorum compressa vis et audacia, ut novas agerent prædas; et licet ab illis aliquot essent civitates creptæ, non tamen omnes. Quà de re, cum ventum fuerit ad cap. 15, pluribus agemus; nunc satis sit hæc paucis tetigisse.

Fortassè idèo in toto exercitu Saül non inveniebantur arma, quia cum Samuelis tempore silerent Palestini, neque pacem et otium turbarent Amorrhæi, in quibus, ut dixi, vicini populi et alienæ religionis assecæ intelliguntur, arma nova conflata non sunt; et vetera, ut fieri assolet, ubi nullus bellorum strepitus aut sonat, aut timetur, conversa fuerant in arma rustica; quod sæpè audimus tam in sacrâ, quàm in profana eruditione. Id sanè in tempus evangelicum promittit Dominus, Isaïæ cap. 2, v. 4: *Et confabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces; non levabit gens contra gentem gladium.* Hoc idem de eodem tempore cecinit Zachariás cap. 9, v. 10: *Et disperdam quadrigam ex Ephraim, et equum de Jerusalem, et dissipabitur arcus belli.* De militariis armis in rustica conversis, dum affluente pace, nullus se ab hoste metus ostendat, est illud Martialis lib. 14, epigr. 54, cujus titulus: *Felix ex ense:*

*Pax me certa ducis placidos convolvit in usus;*

*Agricolæ nunc sum, militis antè fui.*

Cur autem Amorrhæus pro omnibus qui in Chanaan solo Hebræis occurrerunt armati, hic et aliis locis usurpetur, diximus ad illud Amos cap. 2: *Ego autem exterminavi Amorrhæum à facie eorum.* Dux autem eo loco adduximus rationes: altera est, Amorrhæos Chanaanorum omnium esse fortissimos, ut eo loco ostendit Amos, et terram habitare uberem et lætam, et ab ipsâ naturâ expugnati difficillem; unde à regione præcipuâ nationibus aliis nomen datum est. Altera, quia ea regio omnium prima Hebræis occurrit armata, et omnium prima cognita et superata est: fieri autem solet, ut locus, aut civitas, qua prima exploratoribus aut navigantibus occurrit, nomen suum toti accomodat communicæque provinciam. Quare cum de omnibus nationibus loqueretur Deus, quæ incolère terram Chanaan, Amorrhæorum tantum meminit, quia illud nomen habère commune. Gen. 15, v. 16: *Nondum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.*

VERS. 15. — JUDICABAT GEORGE SAMUEL ISRAELEM CUNCTIS DIEBUS VITÆ SUE (1). Ex hoc dicendi

(1) Samueli centum annorum circiter vita tribuitur: ægebat quadraginta ferme annos, cum rebus præfectus est: opus est igitur, ut Israeli sexaginta circiter annis præfuerit. Quo autem pacto ista coherere cum regno Saülis, cujus exordium cum vicesimo regiminis Samuelis componitur? An Samuel munus iudicis retinuit per totum Saülis regnum? Respondere posset, Samuelem omni vitæ suæ tempore auctoritatem obtinuisse summam tum in reliquo populo, tum in Saule, non modò in causis religionis, sed in privatis etiam Israelitarum; cujus auctoritatis exempla plura in hæc historiâ sese offerent. Ita in bello Ammonitico Saül edixit, cum qui sese et Samuelem non sequeretur, passurum in bobus suis, quod tunc propriis ipse rex bobus faceret: statimque illos in frusta concidit. Cum Philistæi aggressi sunt Israelè, Saül rebus sacris operatus est, non expectato Samuele; in cuius rei poenam à Deo reprobatus est. Samuel jussu Dei denuntiavit bellum in Amalectis, ejusque gentis regem, cui Saül pepercerat, manu suâ interfecit. Mortuum Samuelem, tanquam principem suum luxit populus. Saülis auctoritas minor tum fuit apud populum, cum aperuit Propheta, reprobatum esse illum à Deo, ejusque loco substitutum esse alterum ex Dei voluntate, cuiusque Davidis electio palmam fudit. Qui per intervalla regem invadebat furor, ineptum illum juri dicendo ad populum reddebat; ejusque auctoritas tota ad res bellicas redigebatur. Samuel semper unus habitus fuit oraculum Israelis, et gentis suæ unicus consul. Sunt qui verba illa: *Cunctis diebus vitæ suæ, de-* finant ad viginti annos, qui Saülis regnum præcesserunt; positumque id consent in exem-

modo colligo, paulò postquam defunctus est magistratu Samuel, defunctum fuisse vita. Cum autem mortuus fuerit paulò post Saül, hinc etiam colligo, Saülis regnum non fuisse diuturnum, sed durasse tantum biennio, ut expressè Scriptura docet infra, cap. 15. Est autem usitatum in Scripturâ, ut cum ex magno numero exiguum aliquid detractum est, nihil existimetur fuisse detractum. Quare omnes dicuntur esse mortui, cum ex ingenti numero pauci fuere superstitès, et nullus dicitur aliquid fecisse, cum ex magno numero fecerè paucissimi. Cum ergo annos plurimos Samuel republicam fuerit moderatus, et duobus tantum annis extremis vitæ suæ ab illâ administratione cessaverit, optimè dici potest totò vitæ tempore Israelè judicasse. Hæc mihi solutio facilis est, et cum innumeris aliis locis communis, in quibus eadem omninò difficultas est.

Alia videri posset non importuna ratio, si dicas tamdiù judicasse Samuelem, quamdiù per ætatem et valetudinem licuit; hoc etenim juxta communem loquendi modum est toto vitæ tempore judicare: nam tempus rebus agendis ineptum, quæcumque id ex causâ proveniat, viri prudentes neque vitale judicant, neque ad vitam pertinere existimant, cum mortis habeat vires. Vide quæ diximus cap. 2, ad illud: *Domini mortificat et vivificat.* Sic sanè, quando Samuel præfecturam suis filiis, et deinde Saül tradidit, jam censeri potuit, quoad grave illud pondus, quod sustinere non poterat, è vivis excessisse. Quomodò mortuus dicebatur Abraham, et uxor Sara, comparatione generandæ proli, licet adhuc in vivis agerent egerintque postea diebus non paucis. De quibus Paulus ad Roman. cap. 11, v. 12: *Propter quod et ab uno orti sunt (et hoc emortuo) tanquam sidera cæli in multitudine, et sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.* Et ad Rom. cap. 4, v. 19: *Et non infirmatus est*

*in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum ferè centum esset annorum, et emortuum vitam Saræ.* Ut ergo quoad generationis opus mortui censebantur duo illi conjuges, sic etiam Samuel quoad judicandî, id est, administrandi populi negotium, mortuus existimari potuit, cum tantum pondus effecto jam et exhausto præ senectute corpore sustinere non posset. Utraque solutio satis videtur facere objectioni; neque mihi promptum est, utram illarum magis probem.

VERS. 16. — ET TRAT PER SINGULOS ANNOS CIRCIENS BETHEL, ET GALGALA, ET MASPHATH. Quamdiù per ætatem licuit, nunquam cessavit Samuel, neque passus est suos in officio aut in legis observantiâ torpere. Quòque datam sibi à Domino provinciam posset obire et moderari commodius, tres in eâ civitates constituit, in quibus certis anni temporibus conventus ageret, et jus diceret, et ortas inter suos controversias ex lege, aut ex æquo bonoque componeret. Quod item fecerunt nationes aliæ, quæ cum durum esse existimarent, ad unum locum populos latè dispersos judicii gratiâ cogere, civitates quasdam constituerunt, quas appellavère conventus, ubi de suis controversiis quisque judicium audiret. Exemplo nobis sit in Hispaniâ provincia Bethica, in quâ Romani quatuor designaverunt conventus, id est, quatuor fora, in quibus constituti sunt iudices, qui causas cognoscerent, et de rerum statu deliberarent. Audi Plinium lib. 5, cap. 1: *« Bethicæ juridici conventus quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astogitanus, Hispalensis. »* Ad hunc modum tres civitates maximè opportunitis in locis designavit Samuel, Bethel, Galgala, Masphath, in quibus, cum provinciam lustraret, subsistebat aliquandiu, dicebatque jus et de regni statu docebat; lustratâ tandem provinciâ revertebatur in Ramatha, ubi forum habuit stabile, et proprium, atque natale domicilium.

Aliqui in harum civitatum, seu conventuum nominibus aliquid inveniant, quod rectam ostendit in judicando viam, à quâ si quispiam aberraverit, non poterit rectum ac legitimum ferre judicium. *Masphath* speculationem valet, quam si iudex non adhibeat, sed temerè præceps in judicando feratur, labatur necesse est, et commissam sibi causam omninò conturbet et prodât. *Bethel* domum significat Dei, in quâ disceptari debent cause; quod tunc faciunt iudices, cum in judicando unum spectant Deum, ad ejus voluntatem et legem, totam

plum numeri indefinitè pro numero certo. Hæc verò expositio violenta nimis esse videtur. (Calmet.)

Tronol. S. Greg. : « Qui sunt, inquit, dies uniuscujusque doctoris, nisi virtutum spiritualium claritates? Omnibus namque diebus vitæ suæ Israelè judicat, qui lucem justitiæ quæna loquendo asserit, ad subditorum fidelium exemplum perfectione representat bonæ conversationis. Qui autem virtutum spiritualium lucem non habet, quia ad docendum assumit bona conversationis extraneæ, diebus profectò judicat vite alienæ. » (Corn. à Lap.)

judiciorum rationem attemperant. Quod tunc denique faciunt, cum statuant apud se Dei sibi commissum esse munus, neque idcirco se Dei supremi iudicis sustinere personam. Quod audierunt iudices 2 Paralip. 19, ad quos sic Josaphat: Videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exarceatis iudicium, sed Domini, et quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. *Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite; non est enim apud Deum Dominum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido immerum.* Tertia civitas fuit Gulgala, in qua locati sunt duodecim lapides, quos à Jordanis alveo sumpserunt Hebraei tanquam siccati fluminis illustre testimonium, et in quo circumcisi sunt, qui multis ante annis lapideum circumcisionis cultum non subierant; unde, ut habes Josue cap. 5, locus ille nomen accepit. Ex his duo habent iudices documenta præclara; alterum sumptum ex duodecim lapidibus, in quibus sedent ad iudicandum, quia illi civitatis, quæ postea Gulgala vocata est, prima fuerunt fundamenta, cum prius collis esset nudus, non locus habitatus et frequens. Ut ergo lapides, qui prius delinuerunt fluctibus submersi, in arduum locum emerserunt, deposueruntque quicquid humidum erat et cænosum, sic expedit maximè, ne quid sit in iudice lubricum et cænosum, cui adhaereant aliena, sicut lapidi aut sabulo quod in alveo conditur fluminis, adiunguntur arena, quæ inolescunt illi, faciuntque ut accretione novâ ex alienâ substantiâ sensim augetur. Id planè faciunt iudices, qui humana venantur commoda, quæ fluentes aquæ et suâ naturâ instabiles adumbrant, quos in profundis gurgites demersit cupiditas, aut alia quævis turpis et lubrica voluptas. Oportet igitur, ut occultas illas et cænosas sedes derelinquant; et se ad aridum locum et patenter efferant, ubi nihil occultè moliantur, nihil sine testibus faciant, nihil atrahant ad se ex alienis opibus, quod in suâ tandem commoda convertant.

Deinde in Gulgala circumcisi sunt, qui multis jam annis præputium aluerant; sic in iudicis circumcidere se debent ipsi iudices, et illa amputare, quæ rectum transvertunt iudicium; manus nimirum, quos continere debent à rapinis; oculos, ne externam hominum speciem intueantur, et personas accipiant; et illa tandem omnia, quæ exarceant oculos et animos alienant. Debent præterea illa omnia in aliis circumcidere, quæ exorbitant à lege, quæ tam privati quam publicis rationibus offi-

ciunt; et sua præcepta quæ in eâ corporis parte significantia videntur, quam lapsus deus Hebræorum gladius circumcidit in Gulgala. In quo etiam intelligi voluptarios sensus, quibus malè institutus animus et indomitus appetitus obsequitur (1).

VERS. 17. — (2) *Ædificavit etiam ibi altare Domino* (3). Quia ibi Samuel plerumque morabatur, altare constructum esse voluit, quod haberet sibi familiare, et in quo frequentius quam alibi (si modò alibi esset sacrificandi usus, aut facultas) immolarentur victimæ. An liceret offerre sacrificia extra tabernaculum aut templum, diximus cap. 6, ad illud v. 13: *Levitæ autem deposuerunt arcam.* Theodoretus, q. 43, et Procopius sentiunt ante templum ædificatum, variis in locis sacrificium offerri potuisse; cautum tamen esse, ne gens ad idololatriam prona, si ubique locorum sacrificari posset, ad idolorum cultum gentium more diffunderet, ne extra templum aut tabernaculum excitarentur aræ, et mactarentur hostiæ. His tamen qui eo periculo carerent, omnem locum esse sacrum et victimis immolandi idoneum,

(1) *ET JUDICABAT ISRAEL IN SEPTRA DIGITIS LOCIS.* Pro: *In supradictis locis, legunt Septuaginta: In omnibus sanctificatis his locis; alii: In omnibus locis, ubi aliquis sanctorum erat.*

(Calm.)

(2) *REVERTERATUR IN RAMATHA.* Subsisterat eò usque Samuel in Silo, ministerio tabernaculi addictus usque ad captam arcam et obitum Heli. Voto à matre nuncupato, consecratus erat Domino devotione perpetuâ: *Dabo eum Domino omnibus diebus vite ejus.* Ut verò renuntiatus esset juxta Israelis, cuius munera assiduum tabernaculi ministerium non ferebant, sedem in Ramathâ patriâ suâ locavit.

(Calm.)

(3) *SAMUEL BÛIT À RAMATHA UN AUTEL AU SEIGNEUR.* Samuël est aussi humble dans les bons succès que ferme et fidèle dans le péril. *Il dresse un autel à Dieu.* Dieu ne voulait être adoré qu'en un même lieu, pour ôter à ce peuple qui était si faible les occasions de tomber dans le culte des idoles. Mais quelques interprètes remarquent que, comme l'arche n'avait point alors de lieu arrêté, ainsi qu'elle en a eu depuis, lorsqu'elle fut mise dans le temple, on adorait Dieu en divers lieux. Et de plus, comme dit très-bien Théodoret, Dieu avait ordonné qu'on l'adorât en un même lieu, parce qu'il savait que le peuple Juif était toujours porté à l'idolâtrie. Mais ces hommes admirables qui pénétraient la fin de la loi et des décrets de Dieu, savaient que tout lieu était propre pour l'adorer, et étant nés sous la loi nouvelle, c'est pourquoi il est marqué que Gédéon, Manuë, David et Eli, ont bâti des autels en divers lieux, quoiqu'il fût ordonné à tous les Hébreux d'adorer dans le temple de Jérusalem.

(Sacy.)

qualis erat Samuel, et Elias, et David, qui toto illo progressu et cursu, in quo arcam transtulit ex domo Obedom in civitatem suam, sexto quoque passu sacrificia peregit. De quo lib. 2 Reg. v. 15: *Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, immolabat bovem, et ovem, et arietem.* Lyra hæc facta ex Dei dispensatione putat, cujus voluntatem viri

#### CAPUT VIII.

1. Factum est autem cum senisisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel.

2. Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joel, et nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee.

3. Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus: sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt iudicium.

4. Congregati ergo universi majores natu Israel, venerunt ad Samuel in Ramatha,

5. Dixeruntque ei: Ecce tu senistis, et filii tui non ambulant in viis tuis: constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut et universæ habent nationes.

6. Displeuit sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixisset: Da nobis regem, ut iudicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum.

7. Dixit autem Dominus ad Samuel: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abjecerunt, sed me, ne regem super eos.

8. Juxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die quâ eduxi eos de Ægypto usque ad diem hæc: sicut dereliquerunt me, et servierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi.

9. Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen contestare eos, et prædic eis ius regis, qui regnatura est super eos.

10. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem,

11. Et ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet,

prophete non videntur ignorasse. Hæc fortassè vera. Abulensis hoc prophetis permixtum esse dicit. De quorum sententiâ iudicabunt alii; ego non improbo, quia res est obscura, neque aliquid invenio in quo omnino acquiescat animus. Quid sentirem exposui ad similem difficultatem cap. 6, ad v. 14 et 15.

#### CHAPITRE VIII.

1. Samuël étant devenu vieux, établit ses enfants pour juges sur Israël.

2. Son fils aîné s'appelait Joël, et le second Abia: ils exerçaient la charge de juges dans Bersabée, conjointement avec leur père.

3. Mais ils ne marchèrent point dans ses voies, n'imitant point sa sagesse conduite; ils se laissèrent corrompre par l'avarice, reçurent des présents, et rendirent des jugements injustes.

4. Tous les anciens d'Israël s'étant donc assemblés, vinrent trouver Samuël à Ramatha,

5. Et lui dirent: Vous voyez que nous êtes devenu vieux, et que vos enfants ne marchent point dans vos voies; maintenant donc établissez sur nous un roi comme en ont les autres nations, afin qu'il nous juge.

6. Cette proposition déplut à Samuël, voyant qu'ils lui disaient: Donnez-nous un roi, afin qu'il nous juge, ne paraissant pas contents de son gouvernement ni de celui de Dieu, sous l'autorité duquel il les avait toujours jugés. Cependant il offrit sa prière au Seigneur, pour connaître sur cela sa volonté;

7. Et le Seigneur lui dit: Écoutez la voix de ce peuple dans tout ce qu'ils vous disent, et ne vous en offiguez point, car ce n'est point vous, mais c'est moi qu'ils rejettent, afin que je ne règne point sur eux.

8. C'est ainsi qu'ils ont toujours fait, depuis le jour où je les ai tirés de l'Égypte jusqu'à aujourd'hui: comme ils m'ont abandonné, et qu'ils ont servi des dieux étrangers, ils vous traitent aussi de même, et veulent être gouvernés par un roi.

9. Écoutez donc ce qu'ils vous disent: mais auparavant faites-leur bien comprendre et déclarez-leur quel sera le droit du roi qui doit régner sur eux, et les prérogatives qu'il s'arrogera.

10. Samuël rapporta au peuple, qui lui avait demandé un roi, tout ce que le Seigneur lui avait dit;

11. Et il ajouta: Voici quel sera le droit du roi qui vous gouvernera: Il prendra vos fils